



Universitätsbibliothek Paderborn

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ
Præcones**

Stengel, Georg

Ingolstadt, 1645

§. 7. Hæresis Ariana caussa terræ trementis; cuius firmandæ modus in
exemplo docetur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](#)

motus, unde, & cur existant? 495

motu, hora nona, tot vrbes ac populi ceciderunt. Ita passio Christi in salutem data, impijs fit in injuriarum recordatione; Deumque, quem hominibus bonae voluntatis placat, duris ceruicibus ad iram inflamat, in terrorem sceleratorum. Nam quid alijs fieri possit, exemplum in alijs fecit; quando varia hominum flagitia, horrendis terræ cladibus, vindicauit. Quod enim cælestis Pater fecit terram concutiens, Christo in cruce interfecto; id etiam postea sæpius repetiuit, cum eundem hæretici è diuinitatis folio deripere conarentur. Tantus & elemento horror, & ipsi Deo inest odium blasphemiarum.

§. VII.

Heresis Ariana causa terræ trementis; cuius firmando modus, in exemplo docetur.

Anno 343. sub Constantino Imp. Ariano, Car. Sig. Neocæsarea vi terre motu, mari absorpta; on. lib. §. & An. sequenti Rhodus insula penè tota Imp. Oe- subuersa est: posteroque Dyrrachium to- cid. tum procubuit. Quin etiam Roma, per triduum, magno cum periculo, tremuit: & duodecim Campaniæ vrbes funditus, eodē impetu, corruerunt. Atque An. 364. cum moreretur Constantinus Imp. Mopsucre- Eutrop. lib. II. nis,

496 Cap. XVIII. Terræ mala, & precipue
nis, magno terræ motu, bona pars Con-
stantinopolis diruta est. Apud authores nō
dubitatur, quin Deus, tot terræ motibus,
qui acciderunt, sub hoc Imperatore, telta-
tus sit, sibi Arianas blasphemias aduersus
Filium Dei omnino displicere. Esse vero in
pœnam talia, monstratum fuit, An. secun-
do Mauritij, juxta Chronicon Sigeberti,
quando Antiochia pessumdata est. Vidit
enim quidam ex ciuibus vir pius & libera-
lis, largusque in erogandis eleemosynis,
venerandum senem albo indutum vestime-
to, cum duobus socijs, in umbilico urbis
stantem, sudariumque, quod in manibus
tenebat, excutientem super medianam ciu-
tatis partem, quæ subito cum ædificijs &
mœnibus euersa est. Vix autem retineri
poterat à duobus socijs, latus stipantibus,
quò minus sudarium super reliquiam quo-
que urbis partem, quæ incolumis stabant,
effunderet. Placatus ergo, postquam hunc
ipsum virum ac pium ciuem, blandis ver-
bis fuit consolatus, videri repente desig-
Qua in re patefactum est, unde judicij tam
metuendi veniret executio; & quid, apud
Deum, possint pij deprecatores, quibus,
olim Abrahæ, in perdenda Pentapoli, co-

sliorum suorum & furoris diuini arcana
reuelat. Non fecit taliter *omni* nationi; & ju-
dicia sua non manifestauit eis.

*Psalm. 147.
8.*

§. VIII.

Naturalis prædictio terre motuum.

Pherecydem narrant, in Scyro insula, Apollon.
sitizenem aliquando, aquam à discipulorū in hist.
quopiam petiſſe: quam cùm bibiſſet, pro- mirabili.
nunciasse, terræmotum, post triduum ea
in insula futurum. Quod dictum, vt exitus
probauit, magnam ille gloriam reporta-
uit. Item, p̄aclara quadam esse & immorta- Plin. li. 2.
lis in eo (si credimus) diuinitas perhibetur nat. hist.
Anaximandro Milesio Physico: quem ferunt cap. 79.
Lacedæmonijs prædiſſe, ut urbem ac tecta
custodirent: instare enim motum terræ: cùm
& urbs tota eorum corruiſſet, & Taygeti mon-
tis magna pars, ad formam puppis eminens,
abrupta cladem insuper eā ruina preſit. Que
ſi vera ſunt, ait Plinius: quantum à Deo tan-
dem videri poſſunt tales diſtare, dum viuant?
Qui tamen, paulò infrà, ipſe docet, & quo
modo ē puteis, & qua ratione, ex alijs signis,
venturi terræ motus cognosci poſſint. Ait
enim: Nauigantes quoq; ſentiunt, non dubia Idem ib.
coniectura, fine flatu, intumefcente fluctu fu- cap. 81.
bito, aut quatiente iicti. Intremunt vero & in-

Ii

nauig-